

viis publicis, vel habens arcem, aut castrum, ut vi, & armis præderet transeuntes. (f)

66. Secundo, excipitur nocturnus depopulator agrorum (m) 67. & nocturnus depopulator agrorum dicitur; qui segetes in nocte destruit, vel comburit, & in loco occulto lateret, propter homicidia, & rapinas, &c. facit. (n)

68. Intelligit tamen, quod ad hoc, ut publicus latro, & nocturnus depopulator agrorum reddantur indigni beneficio immunitatis, necesse est, quod prædicta delicta invidiosè perpetrent, ut manifestè probatur in dict. cap. Inter alia, & committere ita intelligitur à tota cetera Canonistarum. (o) 69. Et ratio, ob quam magis isti duo casus à jure excipiuntur, quam alii malefactores, potissima est, quia isti duo sunt deteriores, & plurimum interest illos puniri, quam alios, cum pluribus plura exitia cogitent, quam alii. (p)

70. Tertiò, excipitur simplex fur, qui, attempta consuetudine consensu Clericorum, & laicorum inducta, non gaudet immunitate, & ita passim ab Ecclesiis abducitur, ut resolvit Covarruvias: (q) quæ consuetudo, cum sit legitima, & præscripta obtinet contra prædictam regulam text. in dict. cap. Inter alia. (r) Et in hac materia immunitatis consuetudines sunt observandæ, ut supra resolvimus. (s) 71. De jure verò, simplex fur immunitate Ecclesiæ gaudet, neque inde extrahi potest, secundum communiter omnes, (t) 72. quod verum est, nisi talis fur tria, vel plura facta committeret, quia per tale consuetudinem efficeretur famosus, (u) & ita in hoc casu, nedum de consuetudine, verum etiam de jure fur extrahi poterit. (x)

73. Quartò, excipitur committens homicidium, mutilationem membrorum, vel aliud quodcumque crimen intra ipsam Ecclesiam:

nam talis extrahi poterit, per text. in cap. fin. de Immunitat. Eccles. & in leg. 4. tit. 11. Part. 1. (y) quamvis Cardinalis in dict. cap. fin. contrarium teneat, asserens, solummodo committentes homicidium, vel mutilationem membrorum intra Ecclesiam non gaudere ejus immunitate; committentes verò alia delicta gaudere. Contra cujus opinionem facit, quod rationes illius textus in cap. fin. generales sunt ad omnia delicta factum enormia.

74. Prima enim ratio est, quia indignum esset, quod qui Ecclesiam delinquendo offenderit, ejus beneficio juvaretur. (z) 75. Secunda ratio illius textus est, quia qui intra Ecclesiam delinquit, videtur ea spe, & fiducia deliquisse, ut ab ipsa Ecclesia defenderetur; alioquin crimen non commissurus, ideoque gravem injuriam Ecclesiæ facit.

76. Quo fit, committentem quodcumque grave crimen intra Ecclesiam, etiam sine spe, & fiducia consequendi ejus immunitatem, justè ab ea extrahi posse: nam licet in isto casu cesset secunda ratio illius textus, prima tamen remanet firma, secundum Panormitanum, (a) cujus opinio in praxi observatur, secundum Stephan. Auferium, (b) Navarrum, (c) & Jul. Clarum (d) asserentem, semper se vidisse indistinctè servari, quod qui in Ecclesia delinquit, inde extrahatur: 77. tamen communis opinio DD. sit in contrarium; imò necessarium esse, quod quis committat delictum in Ecclesia sub spe, & fiducia consequendæ immunitatis, ad hoc ut ea non gaudeat; alioquin, deficiente illa spe, quod bene gudeat, secundum Hostiensium. (e) Quæ communis distinctio jure, & Ordinatur Lusitanorum comprobatur in dict. tit. 4. §. 2. & apud Lusitanos observatur, secundum Navarrum. (f) Unde, necesse erit, quod spe conse-

sequenda immunitatis Ecclesiæ quis committat delictum intra eam, ad hoc ut non gaudeat: 78. quod colligetur, quando ex proposito, & ex veteri odio quis committeret crimen intra Ecclesiam; ceterum, si casu fortuito, & ex verbis contumeliosis ibidem inter rixantes ortis homicidium commissum fuerit, tunc committens bene gaudebit immunitate, secundum Hostiensium; (g) nihilominus tamen prior opinio in praxi recepta est.

79. Intelligit insuper, quod si committens delictum grave in una Ecclesia ad aliam confugerit, ab ista secunda Ecclesia extrahi poterit; nam cum una sit per totum Orbem Universalis Ecclesia, qui facit injuriam uni particulari, omnes offendit videtur, ita post alios resolvit Henricus; (h) 80. quamvis Sylvester (i) dicat, apud aliquos de consuetudine contrarium servari; tamen apud nos communis opinio in praxi servatur, secundum Jul. Clarum. (j) 81. Rursus intellige, quod ad hoc ut committens crimen intra Ecclesiam non debeat gaudere ejus immunitate, necesse erit, quod crimen sit grave, alioquin propter crimen leve intra Ecclesiam commissum non erit inde delinquens evellendus, secundum Panormitanum. (k)

82. Præterea intellige, quod committens delictum grave intra Ecclesiam, nedum privatur ejus immunitate, quoad illud delictum, verum etiam quoad omnia delicta prius, aut posterius commissa extra Ecclesiam, ita quod si ob illa ad Ecclesiam confugerit, poterit inde extrahi, per text. in cap. Ad Episcopos 17. quest. 4. quia puniri debet in eo, in quo deliquit: frustra enim legis auxilium implorat, qui in legem committit. (l) 83. Quod intelligit verum esse Boerius; (m) quando delictum in Ecclesia commissum non esset punitum; & eo non re-

lato (n) 84. sed Covarruvias; (o) inquit, quod indistinctè verius est, quod committens delictum intra Ecclesiam, quoad alia delicta extra Ecclesiam commissa gaudet immunitate Ecclesiæ, ex prædicta regula generali, & quod ita responderet Boerius, (p) qui tamen loquitur, quando delictum intra Ecclesiam commissum, esset jam punitum.

85. Quintò, excipitur adulterium committens intra Ecclesiam. (q)

86. Sextò, excipiuntur raptores virginum intra Ecclesiam. (r)

87. Septimò, excipitur furripiens Monialem à Monasterio, secundum Casanum. (s)

88. Octavò, excipitur committens furtum intra Ecclesiam, secundum Hostiensium. (t) 89. Imò hodie de consuetudine, etiam extra Ecclesiam furtum committat, non gaudet, ut resolvit in 3. casu.

90. Nonò, excipitur committens furtum extra Ecclesiam, si cum re furtiva ad Ecclesiam confugerit: nam tunc de jure poterit extrahi, quia ex illa contredactione, quæ in Ecclesia fit, novum furtum committitur, & censetur commissum intra Ecclesiam: 91. mutatione enim jurisdictionis novum furtum committitur, secundum Bartolum. (u) 92. Contrarium tamen verius est, imò quod in tali specie non sit extrahendus, secundum Fulgionem: (x) & ratio potest esse, quia in tali casu non contingit mutatio territorii, 93. cum Ecclesia territorium non habeat, secundum Panormitanum, (y) De consuetudine extrahitur, & supra diximus.

94. Decimò excipitur delinquens prope Ecclesiam, vel Coemeterium deliberate, quia ex vicinitate loci præsumitur, quod fecit sub spe consequendæ immunitatis. (z) 95. Et facit in

(l) Secundum Panorm. in dict. cap. Inter alia, notab. ult. & facit text. in leg. Capitalium, §. Famosus, ff. de Panis, & ibi gloss. & ita interpretatur dict. leg. 4. tit. 11. Part. 1. & Covar. lib. 2. Variar. cap. 9. n. 7.  
(m) Per text. in dict. cap. Inter alia, & in dict. leg. 4. tit. 11. Part. 1.  
(n) Secundum Innocent. in dict. cap. Inter alia. Hostiens. in Summa, tit. de Immunit. Eccles. vers. In quantum, & Mainer. in leg. Nemo, ff. de Reg. jur. n. 17. & ita explicat text. in leg. 8. tit. 5. lib. 1. For. & leg. 4. tit. 11. Part. 1. & text. in Ordin. Lusitanorum, lib. 2. tit. 4. §. 3.  
(o) Secundum Igneum in leg. 1. §. Subvenitur, n. 107. ff. Ad Sillan. & testatur communem interpretationem esse Remig. ubi supr. fallent. 2. n. 4.  
(p) Arg. text. in cap. Ep. injusta 23. q. 4. quam rationem assignavit gloss. fin. in cap. fin. de Immunitat. Eccles. ff. lib. 2. Variar. cap. 20. n. 13. vers. Decimonono, & sequitur Jul. Clar. ubi supr. vers. Quæro an fures.  
(q) Ex text. in cap. fin. de consuetud.  
(r) In 2. memb. in princ.  
(s) Ex Ant. Gom. 3. tom. Variar. cap. 10. n. 2. Covar.

& Jul. Clar. in locis supr. proximè citatis.  
(u) Juxta text. in leg. Capitalium, §. Famosus, ff. de Panis, & in Auth. Sed novo jure, juncta gloss. ubi recepta communiter, Cod. de Servis fugitivis, n. 2. & in Ordin. Lusitan. lib. 2. tit. 4. §. 2. & expressè firmat Panorm. in dict. cap. fin. n. 9. & Covar. in dict. cap. 20. n. 15. Navar. in Manual. cap. 25. n. 20. & Remig. ubi supr. fallent. 3. & Jul. Clar. in dict. quest. 30. vers. Item quæro.  
(v) Arg. text. in cap. de Piro 11. quest. 2. in cap. An sit, de Appell. & in cap. Quia frastra, de Uris.  
(w) In dict. cap. fin. n. 8. sic illum text. intelligendo.  
(x) In Capell. Tolosan. 422.  
(y) In Manual. cap. 25. n. 20. Covar. in dict. cap. 20. n. 15. vers. 22.  
(z) Ubi supr. vers. Item quæro.  
(aa) Communiter receptum ex Panorm. in dict. cap. fin. n. 8. Remig. in Tract. de Immunit. Eccles. fallent. 3. ampliat. 1. n. 4. Navar. & Jul. Clar. ubi supr.  
(ab) In dict. cap. 25. n. 20.

(g) Joan. Andr. Card. & Anchar. in dict. cap. fin. & Remig. ubi supr.  
(h) In cap. Ecclesie de Immunit. Ecclesiar. col. 3. & est communis interpretatio, secundum Remig. ubi supr. fall. 1. n. 2. & Covar. lib. 2. Variar. cap. 20. n. 15. vers. Vigesimo tert.  
(i) In Summ. verb. Immunitas 3. quest. 2.  
(j) Ubi supr. vers. Sed quid.  
(k) Post alios in dict. cap. fin. & Henric. in dict. cap. Ecclesie, col. 3. Sylvest. in Summ. verb. Immunitas 3. §. 2. & hanc testatur communem opinionem Ang. Caltrien. in cons. 459. col. 1. lib. 2. Consilior. Paul. Caltrien. (l) Et ita in specie fuit Decisum in Capella Tolosana 422. & sequitur Casan. in Consuetud. Burgund. Rubr. 1. §. 5. vers. Archidiaconus, num. 112. & Jul. Clar. in dict. quest. 30. vers. Sed quid.  
(m) Decis. 110. n. 10.  
(n) Idem firmat Remig. ubi supr. fallent. 11. n. 2.  
(o) Lib. 2. Variar. cap. 20. n. 15. vers. Vigesimo quarto.  
(p) In dict. decis. 110. n. 10. in fin.  
(q) Secundum Anchar. & Ant. in cap. fin. de Immunitat. Eccles. per text. ibi prout in 4. cas. intellecti, & firmat Remig. fallent. 3. n. 2.

(r) Secundum Anron, Anchar. & Remig. in dict. fall. 3.  
(s) In Consuetud. Burgund. fol. 56. n. 24.  
(t) In dict. cap. fin. per text. ibi, & text. in cap. Præter 17. quest. 4. resolvit Remig. ubi supr. fall. 3. ampliat. 3. & communiter omnes, secundum Ang. Caltrien. consil. 95 8. n. 1. lib. 2. Conf. Paul. de Castro, & Navar. cap. Postulasti, de For. comp. quidquid contrarium teneat Goffred. in leg. Si quis hoc genus, Cod. de Episcop. & Cleric. & Bald. in leg. Si quis ad decimandum, Cod. de Episcop. & Cleric. & Cardin. in dict. cap. fin.  
(u) Leg. Si dominum, ff. de Eurt. & ibi Alexand. & in terminis firmat Ang. Caltrien. cons. 459. lib. 2. Consil. Paul. Caltrien. Anan. cap. fin. col. pen. in fin. de Eurt. Barb. cap. Postulasti, col. 47. de For. comp. & communiter omnes ex Boer. decis. 13. n. 47.  
(v) Conf. 149. & Barb. dict. cap. Postulasti, col. 48. & ibi Soc. col. 5. quest. 8. & Covar. dict. cap. 20. n. 15. vers. Vigesimo octavo.  
(w) Cap. cum sit, n. 27. de For. comp.  
(x) Secundum Anchar. dict. cap. fin. Alciar. de Præsumpt. reg. 3. præsumpt. 33. n. 3. & Covar. dict. cap. 20. n. 15. vers. Vigesimo octo.

in comprobationem doctrina Joann. Lup. de Palacios Rubeos; (a) dum docet, quod peccans spe consequenda absolutionis *virtute* Indulgentiarum Apostolicarum, non potest absolvi ex vi ipsarum; (b) quod intellige verum, quando ex confidentia talis facultatis quis movetur ad committendum id, ad quod non moveretur sine ea, secundum Anton. Cordubam. (c) 96. Navarrus vero (d) inquit, quod apud Lusitanos non refert, quod prope Ecclesiam de linquat quis: cum illa spe: sed quod casu, vel deliberatione, ut in Ordinar. Lusitanor. lib. 2. tit. 4. §. 2. nec etiam inquit, quoad jus commune idem refert, cum nullus text. ita distinguit.

97. Undecimo, excipitur qui existens in Ecclesia percussit existentem extra Ecclesiam, quia delictum fuit principium in Ecclesia, licet alibi consummatum, secundum Panormitanum. (e)

98. Duodecimo, excipitur, qui existens in Ecclesia mandavit delictum committi extra Ecclesiam, si agatur contra ipsum de delicto commissio in mandando; secus vero si agatur de ipso delicto sequuto extra Ecclesiam, secundum Remigium. (f)

99. Decimotercio, excipitur, qui existens extra Ecclesiam percussit sagitta, jaculo, lapide, vel alio modo existentem in Ecclesia, secundum Panormitanum, & alios communiter. (g)

100. Decimoquarto, excipitur, qui existens extra Ecclesiam mandavit percussere existentem in Ecclesia, si de illo mandato agatur, ut intellexisti in 12. casu. (h)

101. Decimoquinto, excipitur, qui per vim extrahit aliquem existentem in Ecclesia, &

postea percussit, quia ex illa extractione Ecclesia violatur. (i)

102. Decimosexto, excipitur, qui mandavit alicui, ut extraheret existentem in Ecclesia, & percuteret, quantum ad delictum commissum in mandando, non vero quantum ad delictum commissum in percussione sequuta. (j) Et idem dicendum esse de ipso mandatario, firmant dicti DD.

103. Decimosextimo, excipitur sacrilegus, secundum Collectarium. (k) 104. Et sacrilegus dicitur *tollens sacrum de sacro*, vel *sacrum de non sacro*. (l) 105. Intellige tamen, hunc casum verum esse, quando intra Ecclesiam sacrilegium commissum fuisset, secus si extra Ecclesiam, secundum Navarrum. (m)

106. Decimoctavo, excipitur Infidelis confugiens ad Ecclesiam propter delictum ab ipso commissum, per text. & ibi glossa leg. 1. Cod. de *His qui ad Eccles. confug.* (n) Contrariam tamen opinionem tenet Glossa, (o) & frequentiori calculo auctorum receptam videri, firmat Covarruvias; (p) ipse tamen priorem probat, & a priori communi opinione tanquam veriori, & communiori non esse recedendum, testatur Jul. Clarus. (q) 107. Poterunt tamen componi prædictæ opiniones, ut prior procedat, quando Infidelis, & Judæi confugiunt, non propter zelum fidei, sed propter evasivonem delictorum, tunc non gaudent: posterior opinio procedat, quando confugiunt ad Ecclesiam, 107. & petunt baptismum, & volunt effici Christiani, tunc gaudent. (r)

108. Decimonono, excipitur Hæreticus, quia Ecclesiam offendit, secundum Villadiegum. (s)

109. Vigesimo, excipitur Apostata, id est,

(a) In Repet. cap. *Per vestras*, §. 10. n. 2. vers. *Intellige, de Donat. inter vir. & usor.*

(b) Arg. text. in leg. 1. §. *Hæc autem alio*, ff. *Si quis testam. lib. esse iuss. fieri*, cap. *Quando* 1. de Consec. Distinct. 2. sequitur Covarr. dict. cap. 20. n. 25. vers. *Vigesimo-sexto.*

(c) Tract. de Indulg. quest. 34. proposit. 3.

(d) In dict. cap. 25. n. 22.

(e) Dict. cap. fin. n. 11. & facit text. cap. 1. de *Præsump.* & que notat Joann. Andr. in Reg. *Obsequii*, de Regal. sup. in 6. & sequitur Silvest. in Summ. verb. *Immunitas* 3. quest. 6. & Navar. in Manual. cap. 25. n. 21.

(f) Ubi sup. fall. 5. & Navar. in cap. 25. n. 21.

(g) In dict. cap. fin. Covarr. dict. cap. 20. n. 5. vers. *Vigesimo-septimo*, & Navar. in Manual. cap. 25. n. 21. & Remig. fallent. 6.

(h) Et firmat Marian. Socin. cap. *Possidendi*, col. 5. de *Fo-ro comp.* & Fel. cap. 1. de *Præsump.* Remig. fall. 7.

(i) Secundum Hostiens. & Panorm. n. 10. dict. cap. fin. de *Immunit. Eccles.* Remig. fallent. 9. & 10. & Navar. in Manual. cap. 25. n. 21.

(j) Secundum Remig. fallent. 10. num. 4. & Navar. in

Manual. cap. 25. n. 21.

(k) In cap. fin. de *Immunit. Eccles.* per text. & ibi gloss. 2. cap. *Frater* 17. quest. 4. firmat Boer. dec. 110. n. 5. & Remig. ubi sup. fallent. 34.

(l) Ut cap. *Quisquis* 5. cap. *Si quis contumax* 17. quest. 4. & notat Jul. Clar. lib. 5. Recept. §. *Sacrilegium*. (1)

(m) In Manual. dict. cap. 15. n. 19.

(n) Gloss. in Auth. de *Mand. Primo. verb. Cogetur*, §. *Publicianus*, Coll. 3. Boer. dec. 110. Panorm. dict. cap. *Inter alia*, n. 6. & hanc testatur communem opinionem Hippopol. leg. Ex S. C. n. 10. ff. de *Socic.* 1. d. 1. 103. 1103.

(o) Dict. cap. *Inter alia*, verb. *Extrahendus*, Hostiens. Joan. Andr. & Card. ibi Silvest. verb. *Immunitas* 3. quest. 3.

(p) Lib. 2. Variar. cap. 20. n. 11.

(q) Lib. 5. Recept. §. fin. quest. 30. vers. *Præterea*.

(r) Que concordia colligitur ex gloss. dict. cap. *Inter alia*, Panorm. & Boer. ubi sup. & eam probat Remig. fall. 18. n. 4. & Navar. in Manual. cap. 25. n. 20.

(s) In Tract. de Hæretic. quest. 11. Hippol. leg. Ex S. C. ad finem, ff. de *Socic.* Gigantem, Tract. de Crimin. l. 2. Majest. Rubr. de Var. Quest. quest. 3. n. 19. Simanc. de *Instit. Cathol.* tit. 46. n. 65. & Covarr. dict. cap. 20. n. 11.

renegado, secundum Boerium. (t)

110. Vigesimo primo, excipitur blasphemus Dei, & Virginis Mariæ: nam si committens contra Ecclesiam, & sponfam Dei, gaudere non debet immunitate, (u) a fortiori, qui offendit sponfam Ecclesie, & ejus caput. (x) Si enim propter honorem Dei templis sacris concessa est hæc immunitas, multo fortius ipsi Deo deferendum erit. (y)

111. Vigesimo secundo, excipitur maleficus, & percussor imaginum, vel mala sacrificia faciens, secundum Hippolytum. (z)

112. Vigesimo tertio, excipitur excommunicatus, interdictus, vel suspensus: nam si delictum committat, & ad Ecclesiam confugiat, poterit extrahi, secundum Summam Confessorum. (aa) Contrarium tamen verius est, imò quod gaudet hac immunitate, quia delictum excommunicati non attenditur: sed potius amor Dei, cui competit ius honor: (b) & hanc opinionem dicit communem Boerius, (c) & Covarruvias, (d) à qua in *praxi* non est recedendum, licet in puncto juris non sit sine difficultate, secundum Jul. Clarum. (e)

113. Vigesimo quarto, excipitur qui proditorie, & invidiose aliquem occidit, per text. cap. 1. de *Homic.* quem text. in hunc sensum accipitur ibi Glossa. (f) 114. Et iste est verus sensus illius cap. 1. & communiter receptus à *consuetudine* totius Orbis Christiani; (g) et si contrarium teneant Panormitanus, (h) & Henricus (i) intelligentes text. dict. capit. 1. non in laico proditorie occidente, confugiante ad Ecclesiam; sed in Clerico proditorie aliquem occidente, ut is, causa cognita à Judice Ecclesiastico degradatus tradatur, Judici Seculari, ut eum occidat. Quem intellectum refutat Covarruvias, ubi supra, & An-

ton. Gomez, ubi supra, inquit, in puncto juris veriorum esse opinionem Panormitani, licet à communi non esse recedendum in iudicando, & consulendo.

115. Et adverte, quod homicida proditorius, & alevofus dicitur, qui veneno alterum occiderit, secundum Baldum. (j) Item dicitur, qui occiderit eum, qui ejus inimicus non esset, nullaque causa rixe, vel discordiæ inter eos esset: (k) 116. est text. optimus cap. 1. de *Homic.* dum eum proditorem appellat, qui per industriam alium occiderit, id est, per *insidiosam industriam*, ita illa verba exponuntur. (l)

117. Unde Bartolus (m) infert eum, qui interfecit, vel offendit suum inimicum à tergo, & alevose modis prædictis, non esse proditorium homicidam, quia inimicus debuerat caute prævideri, & præcavere ab inimico, idem firmat Baldus: (n) 118. adversus quos tenet Covarruvias, (o) per text. in dict. cap. 1. de *Homicid.* ubi solum sufficit, quod homicidium sit commissum per industriam insidiosam. Et opinio Bartol. expressè improbat ex leg. 1. tit. 25. lib. 8. Recop. & leg. 10. tit. 26. lib. 8. Recop. ubi proditor, vel alevofus dicitur, *qui secure alium interfecit*, id est, non in prælio, bello, aut rixa, sed à tergo, & non facie ad faciem, ita ut obscure occidat, vel offendant, taliter quod offensus non possit se defendere.

119. Ant. Gomez (p) in effectu idem tenet, sic componens, quod, aut erant invicem amici, & tunc offensor qualitercumque occidat, si facie ad faciem, si vero à tergo dicitur proditor, quia offensus non poterat sibi præcavere, ac adeo mors secunda dicitur: & talis præsumitur semper, nisi probetur, quod in prælio, bello, vel rixa fuit, juxta text. in dict. leg.

(t) Dec. 110. n. 6. & gloss. in Pragm. Sanct. tit. de *Interdict. indiff. non pœnæ*. Refert quendam Extravagantem Martini, circa Apostatas confugiendum ad Ecclesiam, & sequitur Remig. fall. 18. n. 3.

(u) Ut cap. fin. de *Immunit. Eccles.*

(x) Cap. *Pergeutes*, de Hæret.

(y) Arg. text. in Auth. *Multo magis*, Cod. de *Sacrific. Eccles.* & ita firmat Boer. dec. 110. Remig. fall. 24. n. 2. Covarr. lib. 2. Variar. cap. 20. n. 11. in fin. quidquid teneat Navar. in dict. cap. 25. n. 20.

(z) In leg. Ex S. C. ff. de *Socic.*

(aa) Tit. de *Immunit. Eccles.* quest. 5. & Felin. cap. 2. column. 2. de *Except.*

(b) Et ita tenent Guill. Imol. Bonif. & omnes in Clem. 1. de *Panis. & remis.*

(c) Dec. 110. num. 7. Navar. in Manual. cap. 25. num. 19.

(d) Lib. 2. Variar. cap. 20. n. 11. & Remig. ubi sup. fallent. 19.

(e) Ubi sup. vers. *Quæro etiam*.

(f) Anan. & Felin. Aret. cap. *Cum non ab homine*, col.

10. de *Judic.*

(g) Ex Covarr. lib. 2. Variar. cap. 20. n. 7. & comprobatur leg. ultim. tit. 11. Part. 1. & Ordinar. Lusitanor. lib. 2. tit. 4. §. 1. tenent Navar. in Manual. cap. 25. n. 21. Anton. Gom. 3. tom. Variar. cap. 10. n. 2. vers. 5. limit. & Jul. Clar. ubi sup. vers. *Satis tamen*.

(h) Dict. cap. 1.

(i) Cap. fin. col. 2. infr. isto tit.

(j) Leg. *Nemo*, Cod. de *Summ. Trinit.* col. 3. Anan. & Felin. dict. cap. 1. de *Homic.*

(k) Ut in cap. *Si capis* 16. quest. 1. notat gloss. cap. *Clericus* 46. distinct. Bart. leg. *Respicendum*, §. *Delinquant*, ff. de *Panis.* Felin. in cap. 1. de *Homicid.*

(l) Ex gloss. Bart. & Jass. leg. 1. in princip. ff. de *Pass.* verb. *Placitum*, & *consensum*.

(m) Dict. §. *Delinquant*.

(n) In cap. 1. *Quib. mod. feud. amit.* Anchar. cap. 1. de *Homic.* & Gerald. in sing. 14.

(o) In dict. cap. 20. n. 7.

(p) 3. tom. Variar. cap. 3. n. 5.

leg. 1. tit. 25. lib. 8. Recop. aut erant inimici, & tunc offensor qualitercunque non committit proditorem, secundum Bartolum, & sequaces, ubi supra. (g) 120. De fure tamen Regio per dictas leges, etiam inimicus offendens secure, id est, non in prelio, vel tixa; sed a tergo, vel taliter, quod offensus non possit se defendere, & praeavere, proditor appellatur.

121. Vigesimoquinto, excipitur, qui veneno aliquem occiderit, quia huiusmodi homicidium reputatur proditorium, secundum Baldum, (r) 122. & quia est mors secunda, ac ideo proditorie facta censetur, ut leg. 10. tit. 26. lib. 8. Recop.

123. Vigesimo sexto, excipitur occidens patrem, vel e contra pater occidens filium, quia huiusmodi homicidium securè commissum censetur, & quia occisus non potuit sibi praeavere. (s)

124. Vigesimo septimo, excipitur qui aliquem ducit infidiosè ad locum, ubi occidatur, secundum Iguem. (t)

125. Vigesimo octavo, excipitur socius, qui in itinere occidit confocium, quia occisus non debebat sibi praeavere, & securè censetur factum homicidium, secundum Bartolum. (u)

126. Vigesimo nono, excipitur, qui proditorie aliquem vulneravit, animo occidendi, licet mors sequuta non fuerit, secundum Joann. Iguem pro utraque parte disputantem. (x)

127. Ceterum, si abique animo occidendi proditorie percussit, confugiens ad Ecclesiam gaudebit, secundum DD. ubi supra: 128. & animus occidendi, vel non occidendi deprehenditur ex instrumento percussoris. (y) 129. Apud Lusitanos indistinctè vulnerans aliquem proditorie, sive animo occidendi, sive animo non occidendi, immunitate non gaudet. (z)

(g) Illos tamen optimè refutat Covar. dict. cap. 20. n. 7. (r) Cap. 1. Quib. mod. feud. amittat. & Anan. & Felin. cap. 1. de Homic.

(s) Secundum Paris. conf. 96. vol. 1.

(t) Leg. 1. §. Si dominus, col. 9. in fin. ff. Ad Sillan. arg. text. in leg. Item, si obstretur, junct. gloss. verb. in factum, & leg. Qua actio, §. Sed si quis de ponte, ff. Ad leg. Aquil. gloss. in §. pen. Inst. de Leg. Aquil. & in leg. Pecoribus, Cod. Ad leg. Aquil. tradit. Remig. Tract. de Immun. Eccles. fallent. 14.

(u) Dist. leg. Respicendum, §. 1. ff. de Pun. & Remig. dict. fall. 14.

(x) In leg. 1. §. Si dominus, verb. 7. ff. Ad Sillan. Remig. ubi supr. fall. 13. n. 4. Covar. lib. 2. cap. 20. num. 7. & Navar. in Manual. cap. 25. n. 21.

(y) Juxta text. in leg. 1. §. Divus, ff. Ad leg. Cornel. de Sic. & text. cap. Significasti II. de Homic. notat Igu. & Remig. ubi supr.

(z) Ut Ordin. Lusitan. lib. 1. tit. 4. §. 3. constat.

(a) Cap. 1. de Homic. Alex. conf. 145. lib. 7. n. 5. Spec. Tractat. de Conc. 2. part. tit. 45. Guid. Pap. dec. 121.

130. Trigesimo, excipitur, qui ex deliberatione animi ex intervallo post repentinum iræ motum, abique ulla proditione alium occiderit: nam is immunitate non gaudebit, quia per insidias censetur tunc homicidium commissum, & sub spe consequendæ immunitatis, secundum Ancharranum: (a) & ita tenent fere omnes, propter quorum auctoritatem ita fæpissimè fit, secundum Covarruviam, (b) qui secundum hanc communem opinionem, tanquam magis communem, & à consuetudine approbatam se vidisse pluries iudicari, & ab eâ in practica non esse recedendum, testatur Julius Clarus. (c)

131. Oppositam tamen sententiam, imò quod homicida ex proposito, & deliberatione, abique proditione tamen debet gaudere immunitate, firmat Panormitanus, (d) per locum ab speciali, & per text. in dict. cap. Inter alia, ubi generaliter dicitur, quod committens, quantuncunque atrocem crimen, si ad Ecclesiam confugerit, non debet inde extrahi, & facit etiam, quia homicidium manifestè distinguitur ab homicidio proditorie commissio, & sic non comprehenditur in cap. 1. de Homic. (e) & ita paucis ab hinc diebus iudicatum fuit in Supremo Senatu Invidiosissimi Regis nostri Philippi II. in favorem quendam Nobiliss. occidentis ex proposito in quodam duello alium, qui confugit ad Ecclesiam, & inde fuit extractus, & Senatus præcipit illum Ecclesiam restitui.

132. Ex quibus constat, simplicem homicidam, id est, qui casu, culpa, vel etiam dolo, nulla tamen deliberatione animi præcedente, aliquem occiderit, immunitate gaudere, quam opinionem testatur communem Covarruvias, (f) ubi contrarium apertè probatur, quia illa jura sunt ablata jure Pontificio, ut resolvisti supra.

Tri-

Boer. decif. 109. Casan. in Consuetud. Burgund. Rubr. 1. §. 5. vers. Archidiaconus, n. 113. & Alciat. de Præsumpt. reg. 3. præsumpt. 33. n. 4.

(b) Lib. 2. Variar. cap. 20. n. 7. vers. In bis.

(c) Lib. 5. Receptarum, §. fin. quæst. 30. vers. Punctus est, & comprobatur, leg. ultim. tit. 11. Part. 1. & Ordin. Lusitan. lib. 2. tit. 4. §. 3.

(d) Dict. cap. Inter, n. 18. & in dict. cap. 1. de Homicid. per text. in cap. fin. de Immun.

(e) Et hanc opinionem testatur communem Alex. conf. 145. num. 46. & 11. lib. 7. ut refert Practic. Conrad. fol. 266. n. 6. in fin. & hanc opinionem jure veriore esse, existimat Cov. in loco supra proxime citato, & in practica servari firmat Blanc. 4. in Pract. Crim. fol. 4. n. 26. & Marian. Soc. cap. 1. de Hom. & in Tract. de Cit. art. 17. q. 6. col. 1. & Bolin. Pract. Crim. tit. de Captur. post n. 21.

(f) Ubi supr. & Jul. Clar. ubi supr. vers. Scias tamen, & colligitur sumpto argum. ex casibus exceptis in dict. cap. Inter alia, & in cap. fin. de Immun. Eccles. & cap. 1. de Homic. Nec obsistat text. in Auth. de Mand. Princ. §. Sed neque, vers. Neque, Collat. 3. & in leg. fin. tit. 11. Part. 1.

133. Trigesimo primo, excipitur assassinus, quia frequentius infidiosè delictum committit, secundum Marc. Mantuam, (g) arg. text. cap. 1. de Homic. in 6. ubi assassinus est inimicus diffidatus Reipublicæ; & potest ubicunque occidi; arg. text. in leg. 3. §. 1. de Siccar. leg. 3. tit. 27. Part. 7. 134. Et pro explicatione hujus articuli videndum erit, quis dicatur assassinus, & dicendum erit, quod secundum vulgarem, & communem modum dicendi dicitur ille, qui pecunia aliove pretio conductus aliquem occidit, vel percussit nil ab eo praeavertem: 135. ita Dominicus, Ancharranus, Francus, Archidiaconus, & Probus in cap. 1. de Homic. in 6. intelligentes illum text. in his, qui aliquem hominem Christianum mandant occidi per homines ad id pecunia conductos, etiam mandatarii Christiani sunt. Idem tenet Bartolus, (h) Paulus Caltrensis, (i) & Ant. Gomez, (j) 136. secundum quos hoc crimen assassinatorum dicitur, tam quoad mandantem conductoremve, quam quoad mandatarium, & locatorem.

137. Quod crimen gravissimum est, ut constat ex eo, qui potum causa abortivis dedit, & sequuta fuit mors infantis jam animati: nam is poena mortis erit puniendus. (k) Si vero abortus fuerit factus infantis nondum animati, poena extraordinaria exilii erit puniendus. (l) Et si nec mors, nec abortus fuerit ex potatione sequutus, vilis persona damnanda erit in metallum, & honesta persona in insulam releganda; (m) tamen femina, quæ ob pecuniam receptam factum nondum animatum, sumpto potu, fecit abortire, mortis poena est punienda. (n)

Et quod assassinus dicatur is, qui pecunia conductus aliquem occidit, & quod in eo fit accipiendus textus dict. cap. 1. de Homic. in 6. communis opinio est abique dubio, & pauci resagantur, secundum Covarruviam; (o) cui tamen non placet hæc communis opinio, 138.

(g) Lib. 5. Observacionum legalium, observ. 41. tit. de Assass. sequit. Remig. fall. 15. n. 7.

(h) Leg. Non solum, §. Si mandato, ff. de Injur. num. 14. Bartol. leg. Cetero, ff. de Pen.

(i) Leg. 1. §. ult. ff. de eo per quem fact. erit, & communiter omnes ex Aret. conf. 165. col. 11.

(j) 3. tom. Variar. cap. 3. n. 11.

(k) Ut leg. Divus, ff. de Var. & extraord. crim. leg. penult. Cod. de Sic. leg. 8. tit. 8. Part. 7.

(l) Ut leg. Si multarem, & ibi Hyppol. ff. de Sic. Iguem, leg. 1. §. Ostensum, col. 3. ff. Ad Sillan.

(m) Text. leg. Si quis aliquid, §. Qui abortivis, ff. de Penit.

(n) Juxta text. dict. leg. Cetero, ff. de Penit., quem ad hoc notant Anan. & Fel. cap. Si aliquis, de Homic. Dec. conf. 535.

(o) Lib. 2. cap. 20. n. 10.

& asserit decisionem text. dict. cap. 1. non esse intelligendam in eo, qui mandat aliquem occidi, pecunia ad id præstita, nec in eo, qui operas suas pecunia ad id locaverit; sed tantum in eo, qui aliquem Christianum occidit opera, & industria quorundam hominum infidelium, qui proprio nomine Assassini dicuntur, secundum Archidiaconum, & Joann. Andream, (p) & Cajetanum, (q) 139. qui prædicti DD. dicunt, quod Assassini sunt quidam Infideles, qui subsunt Principi Infideli, qui ita ab eo edocti sunt, ut quos ille occidi iusserit, facillimè occidant, & arbitrentur, mortem ex hoc non esse timendam, nec poena aliqua esse afficiendos, imò existimant, se obsequium præstare Deo. Et sic intelligendo text. dict. cap. 1. de Homic. in 6. dicendum erit, quod committens tale crimen non gaudebit immunitate Ecclesiæ, sed per laicum Judicem poterit extrahi, & puniri, ut constat ex text. dict. cap. 1. 140. Ceterum si intelligamus, prout communis opinio intelligit, in eo, qui pecunia accepta Christianum occidit de mandato alterius, non gaudebit, si simul proditorie fecerit: nec etiam mandans, fautor, & receptor, ut ex dict. cap. 1. constat. (r)

141. Trigesimo secundo, excipiuntur persona Ecclesiastica, puta Clerici, & Religiosi nam si delinquant, & ad Ecclesiam confugiant, extrahi poterunt à suo Judice Ecclesiastico, ut puniantur, secundum Panormitanum (s) sex fundamenta pro hæc opinione adducentem: cujus opinionem moribus, & consuetudine obtineri testatur Bernard. Diaz; (t) tamen si oppositam sententiam, post Innocentium, Cardinalem, & alios teneat Romanus, (u) cujus opinionem de jure veriore, & communiorem esse, dixit Bernard. Diaz, ubi supr. tamen de consuetudine observatur opinio Panormitani.

Trigesimo tertio, excipitur raptor virginum: nam si ad Ecclesiam confugerit, poterit inde extrahi, (x) propter criminis atrocitatem; Dd tem;

(p) In cap. 1. de Homic. in 6. Aret. conf. 165. col. 11. Sylvest. verb. Assassinus.

(q) In Summ. verb. Assassinus, & verb. Excommunicatio, casu 166.

(r) Et firmat Remig. fallent. 16. n. 8. & 9. & Covar. in dict. cap. 20. n. 10. in fin.

(s) Dict. cap. Inter alia, n. 13.

(t) In Pract. Crim. cap. 115. & ita servari, & practitari indistinctè, firmat Remig. ubi supr. fall. 21. & Navar. in dict. cap. 25. Manual. n. 22. & Jul. Clar. lib. 5. Recept. §. fin. quæst. 30. vers. Uterius.

(u) Conf. 227. & conf. 234.

(x) Juxta text. in leg. unic. de Rapt. virgin. & in Auth. de Mand. Princ. §. Sed neque, vers. Neque, Col. 3. & in leg. fin. tit. 11. Part. 1. & firmat Hyppol. dict. leg. unic. n. 100.

& sequitur Covar. lib. 2. Variar. cap. 20. n. 8.

tem; 142. nihilominus tamen opposita sententia verior; & tenenda est, quam probat text. in cap. *Lex illa* in fin. & in cap. de *Raptoribus* 36. quest. 1. & comprobatur Ordinatio Lusitanorum lib. 2. tit. 4. §. 7. Et hanc opinionem testatur communem Cassianus. (y) Neque obstant jura superior adducta: nam Juri Canonico in hac materia standum erit, ut supra resolvimus.

143. Trigesimoquarto, excipitur concremator Ecclesie, secundum Henricum. (z)

144. Trigesimoquinto, excipitur spoliator Ecclesie per vim, secundum Marc. Mantuam. (a)

145. Trigesimo sexto, excipitur destructor, vel frangens portas Ecclesie, per text. in cap. *Conquisit*, de *Sentent. & excomm.* (b)

146. Trigesimo septimo, excipitur transfuga, id est, qui ab eo, sub cujus imperio est, delitit, & in hostes se transfert: nam iste talis rebellis, & proditor patrie est; (c) contrarium tamen tenet Boerius, (d) & Navarrus. (e)

147. Trigesimo octavo, excipitur exul per Judicis sententiam, cui consentit, & in auctoritatem rei judicatae transivit, secundum Odofredum; (f) contrarium tamen verius est, secundum Navarrum. (g)

148. Trigesimo nono, excipitur ille, qui se in Ecclesia injuste defendit, secundum Remigium. (h)

149. Quadagesimo, excipitur, qui arma prohibita intra Ecclesiam habet: nam quoad arma non gaudebit immunitate, & sic armis privandus erit a Judice laico, quia deferendo arma prohibita intra Ecclesiam committit de-

lictum in ea, ac ideo privati eisdem poterit, quia usus armorum verius est, tam laicis, quam Clericis, tam intra Ecclesias, quam foris. (i)

Quadagesimo primo, excipitur debitor are alieno gravatus, fugiens ad Ecclesiam propter debitum: nam poterit inde extrahi, quia debitor fugitivus potest capi die feriato, secundum Glossam. (j) 150. Sed validum est argumentum de tempore ad locum; (k) ergo, & in loco sacro capi poterit: (l) praesertim, si statuto alicujus loci cautum sit, quod debitor capiatur pro debito, & in servitute creditoris detur: quia immunitas non censetur concessa in praedictum creditoris, qui est quasi dominus, arg. ejus, quod de servo dicitur in dicto. cap. *Inter alia*: (m) & ita apud nos constitutum est leg. 5. 6. & 7. tit. 16. lib. 5. Recop. Unde cum servus fugiens ad Ecclesiam possit inde extrahi, ut domino serviat, (n) ita debitor pecuniarius poterit extrahi: 151. Et ita expresse decisa est in leg. fin. tit. 2. lib. 1. Recop. & ita fuisse provisum in Supremo Senatu hujus Regni, anno MDXXX. firmat Covarruvias. (o)

152. Nihilominus, contrarium verius est de *Jure Communi*, imò quod debitor pecuniarius fugiens ad Ecclesiam debeat ejus immunitate gaudere: nam cum homo liber de *Jure Communi* non possit capi pro debito, nec creditoribus tradi, (p) non debet ab Ecclesia extrahi: nam si esset extra, non caperetur, si vellet bonis cadere. (q) Et haec opinio probatur ex regul. generali dicti. cap. *Inter alia*. (r) Quamvis DD. communiter hoc limitent, quando statuto Municipali cautum esset, ut debitor

fin. de Fer. Baptista de Sancto Sever. Tract. de Debitor. suspect. & fugitiv. quest. 8. Bart. leg. *Aut Praetor*, §. *Si debitorum*, ff. *Si quid in fraud. cred.* Angel. & Jass. n. 77. in princ. Inst. de *Alii.*

(h) Leg. *Vinum*, ff. *Si cert. petat.* leg. ult. ff. de *Tristis*. leg. *Ratio*, §. *Si per venditorem*, ff. de *Alien. emp.*

(i) Ita in specie firmat Jass. dict. leg. *Vinum*, col. 4. & in leg. *Plerique*, limitat. 10. ff. de *In jus vocand.*

(j) Et ita firmat Oldr. conf. 54. Aufser. in Capell. Tolosan. 422. Panorm. in dict. cap. *Inter alia*, n. 22. in fin. Boer. decif. 215. n. 7.

(k) Ut probat text. dicti. cap. *Inter alia*, & text. in leg. *Si servus*, Cod. de *His, qui ad Eccles. confug.*

(l) Dict. cap. 20. n. 14. in fin.

(m) Ut in leg. *Ob as*, Auth. *Imo*, Cod. de *Alien. & obligat.* in cap. *Lator*, de *Pign. text.* in Auth. *Ut nulli judicium*, §. *Quia vero*, Collat. 9. & in leg. 2. God. *Quae res pign. oblig. poss.* & tradit Covar. lib. 2. Variar. cap. 1. n. 1.

(n) Ue leg. 1. Cod. *Qui bon. cedere poss.*

(o) Et in leg. *Prasenti*, Cod. *Quod ad Eccles. confug.* & in leg. 2. tit. 11. Part. 1. & ita tenent communiter omnes, secundum Remig. fall. 27. & Covar. in dict. cap. 20. num. 14.

(y) In Consuet. Burgund. fol. 57. Abb. dict. cap. *Inter alia*, & Jul. Clar. lib. 5. Receptar. §. fin. quest. 30. n. 10. (z) In cap. fin. de *Immun. Eccles.* Joan. Fab. leg. 1. Cod. de *His, qui ad Eccles. confug.* arg. cap. *Conquisit*, de *Sentent. excomm.* & cap. *Canonica* 11. quest. 3. Remig. fallen. 33. & Ign. leg. 1. §. *Si dominus*, col. 3. ff. *Ad Sillan.* & Navar. in Manual. cap. 25. n. 22. (a) Conf. 91. Remig. & Navar. ubi supr. (b) Eribi Panor. & DD. & Navar. dict. cap. 25. n. 22. in fin. (c) Ut leg. *Qui omnifione*, §. *Qui deserant*, ff. de *Capit. dim.* & Bartol. in quest. incipiente, Lucanæ Civitatis, n. 18. & in specie firmat Marc. Mantua, conf. 91. (d) Decif. 109. (e) In cap. 25. n. 19. in fin. reprobans supr. relatos pro contraria opinione. (f) Decif. 422. (g) Dict. cap. 25. n. 19. in fin. (h) Fallent. 22. & Navar. dict. cap. 25. n. 22. (i) Ut leg. 1. Cod. *Ut armor. usus*, lib. 11. cap. *Clerici arma*, de *Vit. & honest. Cler.* & firmat Covar. lib. 2. Variar. cap. 20. n. 18. in fin. (j) In leg. ultim. Cod. de Fer. quam sequitur Bald. cap.

tor possit capi, & tradi creditoribus, ut illis serviat, secundum Oldradum, & sequaces, ubi supr.

153. Tamen contrarium verius est, imò quòd, etiam stante illo statuto, non possit extrahi ab Ecclesia, secundum Roder. Suarez, (s) & Covarruviam, ubi supra, asserentes sic in praxi observari; alioquin sequeretur, quòd statuto Municipale possit tollere immunitatem Ecclesiis concessam *Jure Pontificio*, contra cap. *Quae in Ecclesiarum*, cap. *Ecclesia Sanctae Mariae*, de *Constit.* ac ideo text. in dict. leg. fin. tit. 2. lib. 1. Recopil. non potuit disponere contra Jus Canonicum, cujus leg. meminit Avendannius, longo commento eam ornans. (t) Nec obstant leges hujus Regni de tradendis debitoribus in servitute creditoribus, ac ideo posse extrahi, sicuti servi: (u) nam respondeo, quòd text. dicti. cap. *Inter alia*, & dicti. leg. *Si servus* loquuntur in vero servo, & in jure vera servitus: 154. quòd jus non datur creditori in debitorem, ut manifeste constat ex dictis legib. hujus Regni, secundum Suarez, & Covarruviam, ubi supr. Non etiam obstat, quòd debitor fugitivus possit capi die feriato; ergo & in loco sacro: nam dispar ratio est, quia die feriato homicida, & alii delinquentes capiuntur; & tamen ab Ecclesia hi non possunt extrahi, quia locis Sacris haec immunitas concessa est. (x)

155. Quadagesimo secundo, excipitur debitor, obnoxius publicis tributis, is enim ob debitum Principis, si ad Ecclesiam confugerit, extrahendus erit; (y) opposita tamen sententia verior est, secundum Cinum, (z) Gregor. Lupum, (a) & Covarruviam. (b) Nec obstant jura in contrarium adducta, quia, tanquam contraria *Juri Pontificio*, accipienda non sunt.

156. Quadagesimo tertio, excipiuntur mercator, & campior versuram facientes,

postquam operam uturis dantes, ex pecuniis, & rebus alienis laute, & opiperè vixerint, & postea ad Ecclesias confugiant, creditores suos fallendo: nam inde sunt extrahendi, secundum Boerium, (c) & probat Duchias. (d) Et facit, quia hujusmodi mercatores, & campiores falliti, appellantur latrones publici a leg. 1. & 2. tit. 19. lib. 5. Recop. obidque hos le vidisse violenter ab Ecclesiis evelli ad criminalem punitionem, firmat Covarruvias; (e) quòd an iuste fiat, relinquit aliorum judicio. Navarrus tamen (f) firmat, hos debere gaudere immunitate Ecclesie; sed quamvis personae eorum immunitate gaudeant, res absconditae, & depositae in Ecclesiis proculdubio sunt extrahendae, ut ex eis satisfiat creditoribus. (g) Et quid hodie faciendum sit disponit lex 6. tit. 19. lib. 5. Recop. in nova impressione.

158. Quadagesimo quarto, excipitur obligatus ad ratiocinia: nam, si aufugerit cum bonis ad Ecclesiam, poterit inde extrahi, secundum Remigium; (h) Navarrus tamen contrarium tenet. (i) Sed tu dic, ut in casu precedenti.

159. Quadagesimo quinto, excipitur servus confugiens ad Ecclesiam: nam tunc, praestito juramento a domino de impunitate ipsius, erit extrahendus domino, ut eidem serviat: (j) 160. qua in re erit distinguendum, quòd, aut servus confugit ad Ecclesiam causa Religionis, quia vult eam ingredi, & tunc, si repetatur a domino infra triennium, & debet ei restitui, praestita cautione a domino, quòd cum non offenderet: (k) 161. aut confugit ad Ecclesiam causa consequendae immunitatis, & tunc, aut propter magnam servitium domini, & non est ei restituendus, sed dominus compellitur illum vendere: (l) aut fugit ad Ecclesiam propter modicam servitium domini, vel propter modicum delictum, quòd in dominum commisit, ut puta, quia furtivum aliquam rem levem, &

(s) Leg. 2. tit. *De los gobiernos*, lib. 2. For. quest. 5. Remig. dict. fall. 27. Navarr. in Manual. cap. 25. n. 19. (t) In Tract. ad leg. 4. & 5. tit. *De las excepciones*, lib. 3. Ordin. à n. 53. (u) Ut in dict. cap. *Inter alia*, & leg. *Si servus*, Cod. *Qui ad Eccles. confug.* (v) Et ita hac ratione ab opinione Jasson. discedunt Dec. n. 8. Purpur. n. 10. & Alciar. dict. leg. *Vinum*, ff. *Si cert. petat.* (w) Juxta text. in Auth. de *Mand. Princ.* §. *Publicorum*, Collat. 3. & in leg. fin. tit. 11. Part. 1. Salic. in dict. leg. *Prasenti*. (x) Dict. leg. *Prasenti*, Panorm. in dict. cap. *Inter. Aufser.* in Capell. Tolos. 422. & communiter observatur, secundum Soc. Tract. de Citation. art. 17. quest. 5. fol. 22. col. 2. (y) In leg. 2. tit. 11. part. 1. verb. *Per deuda*. Remig. fall. 27. n. 3.

(h) Dict. cap. 20. n. 14. (i) Decif. 215. n. 7. lequitur Remig. ubi supr. fall. 38. (j) In reg. 389. n. 18. (k) Dict. cap. 20. n. 14. (l) In Manual. cap. 25. n. 19. (m) Ut in leg. *Prasenti*, §. *Sane*, Cod. de *His, qui ad Eccles. confug.* & in leg. 2. tit. 19. lib. 5. Novae Recop. (n) Ubi supr. fall. 37. (o) In dict. cap. 25. n. 19. (p) Ut probat text. dicti. cap. *Inter alia* in fin. & text. in cap. *Deservit*, & cap. *Metuentes* 17. quest. 4. leg. *Prasenti*, §. *Sane*, Cod. de *His, qui ad Eccles. confug.* leg. 3. tit. 11. Part. 1. (q) Juxta text. in Auth. de *Monach.* §. *Si verò*, Coll. 1. & in Auth. de *Sanctis. Episcop.* §. *Si quis autem*, Collat. 9. (r) Ut in §. fin. Instit. de *His, qui sunt sui, vel alien. jur.* leg. 3. tit. 5. Part. 5.

tunc erit extrahendus, & tradendus domino, prælitata cautione juratoria à domino, quòd eum non puniet: (m) aut fugit propter aliud magnum delictum, & si timeri puniri à domino, & non ab alio erit dicendum, ut in text. dict. cap. Inter. 162. si tamen timeat ab alio puniri, ut à Judice, tunc gaudebit immunitate Ecclesiæ, sicuti homo liber, per regulam generalem text. dict. cap. Inter. (n)

163. Quadragesimosextò, excipitur effractor carceris, confugiens ad Ecclesiam, qui erit extrahendus, secundum Archidiaconum; (o) contraria tamen opinio in praxi servatur, imò quòd gaudere debeat, secundum Boerium. (p)

164. Quadragesimoseptimò, excipitur, qui relaxatus à carceribus, prælitato juramento de redeundo, si ad Ecclesiam confugerit, poterit extrahi, secundum Auferium; (q) nihilominus contrarium verius est, secundum Navarum. (r)

165. Quadragesimooctavò, excipitur, qui existens in Ecclesia voluntariè, & sponte exiit ab ea, & captus est à Judice: nam non erit restituendus, quia tunc nulla violentia Ecclesiæ fit, arg. cap. Scienti, de Reg. jur. in 6. (s)

166. Quadragesimononò, excipitur, qui verbis dolosis inductus à Judice, prælitata securitate, exiit ab Ecclesia: nam iste talis non erit restituendus, nec Judex tenebitur servare illi fidem prælitatam de non puniendo illum, secundum Archidiaconum; (t) contraria tamen opinio magis placet, & verior est, secundum plures, quos refert, & sequitur Remigius, (u) & Covarruvias. (x)

167. Quinquagesimo, excipitur, qui existens in Ecclesia propter terrorem sibi incussum

à Judice, vel ab ejus familia exiit: nam si capiatur, non erit restituendus, secundum Joan. Igneum; (y) contraria tamen opinio verior est, imò quòd tunc fit restituendus, & probatur in cap. Definitio 17. quæst. 4. ibi: *Inde est extrahere, aut quodcumque nocivilitatis, vel damni, vel spoliis residentibus in loco sancto inferre.* (z)

168. Quinquagesimoprimum, excipitur, qui de mandato Papæ extrahitur ab Ecclesia per Judicem Ecclesiasticum, per text. secundum unum intellectum in cap. Uxor 17. quæst. 4. & facit, quia Papa est supra Jus Positivum. (a)

169. Quinquagesimosecundo, excipitur laicus occidens Clericum, secundum Joann. de Vilchis: (b) nam si delinquens in Ecclesia non gaudet, à fortiori nec delinquens in persona Ecclesiastica, citat text. in cap. Nullus 17. quæst. 4. ubi probatur, secundum unum intellectum, quòd Clericus percussit Clericum, & ad Ecclesiam confugiens debet per Episcopum abduci, & puniri. (c)

170. Sed contraria opinio tenenda est, ut resolvit Boerius. (d) 171. Nec obstat text. in cap. fin. nam respondeo, quòd hæc immunitas ipsi templis sacris concessa est, non verò personis Ecclesiasticis. Non etiam obstat text. dict. cap. Nullus; nam respondeo, quòd text. ille loquitur de Clerico percussente Clericum, qui non gaudet immunitate Ecclesiæ, ut resolvisti supra, in casu 32. (e)

172. Quinquagesimotertio, excipitur evellens limites, juxta text. in leg. 8. tit. 5. lib. 1. Fori, quæ habetur in leg. 3. tit. 2. lib. 1. Recop. (f)

173. Quinquagesimoquarto, excipitur, qui propter metum famis ab Ecclesia exiit, attenta consuetudine, qua inductum esset, quòd con-

confugiens ad eam alimenta denegentur: tunc enim si capiatur, non erit restituendus Ecclesiæ; 174. nihilominus tamen contrarium verius est, quia in casibus, in quibus confugiens ad Ecclesiam immunitate gaudere debet *jure Pontificio*, non potest Ecclesia obsideri, nec alimari, victus, aut vestitus confugiens denegari: 175. nam hoc esset immunitatem violare, (g) nec consuetudo in contrarium valet, secundum Joann. Igneum, (h) & Covarruviam. (i)

176. Et tunc Ecclesia de bonis suis providerit de alimentis ipsis confugiens, secundum Glossam. (j) Verum illa glossa procedit, quando delinquens non habet bona, nec propriis manibus potest laborare, & victum quaerere, secundum Archidiaconum. (k) 177. Quinimo confugiens ad Ecclesiam non debet ibi nervis, compedibus, aut catenis ligari: nam esset contra libertatem, & immunitatem Ecclesiæ, (l) etsi de consuetudine in aliquibus locis contrarium receptum sit: 178. quòd tamen erit observandum, quando dubitaretur, an deberet gaudere immunitate Ecclesiæ, in terum quod cognoscitur, vincula ab utroque Judice Ecclesiastico, & Saculari injiciuntur. (m)

179. Quinquagesimoquinto, excipitur Judex, qui tempore Syndicatus recessit à Syndicatu, & ad Ecclesiam confugit, tum propter delicta, de quibus accusabatur, tum etiam ex eo quòd are alieno gravatus erat: is enim immunitate Ecclesiæ non gaudet, sed ab ea extrahi potest, juxta text. in leg. unic. in vers. Non domi, & in vers. Ubicumque repertus fuerit, Cod. Ut omni. jud. & probatur etiam, quia Judex fugiens à Syndicatu equiparatur servo, secundum Glossam; (n) sed servus confugiens ad Ecclesiam immunitate non gaudet; (o) ergo Judex à Syndicatu fugiens non gaudebit im-

munitate Ecclesiæ. Facit etiam, quia talis Judex confugit ad Ecclesiam, tanquam debitor, nolens respondere, & satisfacere suis creditoribus; sed debitor aris alieni immunitate non gaudet; ergo Judex à Syndicatu ad Ecclesiam confugiens ejus immunitate non gaudet. Major nota est, & minor probatur, quia validum est argumentum de tempore ad locum; (p) at verò debitor fugitivus die feriata potest capri (q) ergo, & in loco facto poterit capri: (r) nam immunitas non censetur concessa in præjudicium creditoris, qui est quasi dominus; arg. text. dict. cap. Inter alia, & de servo arguit. Quo fit, quòd cum servus possit extrahi ab Ecclesia, ut domino serviat, (s) ita debitor pecuniarius poterit extrahi: & quòd debitor aris alieni non gaudeat immunitate, de *jure Regio* decifum extat in leg. fin. tit. 2. lib. 1. Recopil. igitur Judex à Syndicatu recedens, & ad Ecclesiam confugiens non gaudet immunitate: & in specie hanc opinionem tenet Paris de Purco. (t)

Ego vero existimo, contrariam opinionem veriorè esse per regulam text. in dict. cap. Inter alia, à qua non est recedendum, nisi in casibus à jure expressis: præterea, quia talis Judex, tanquam debitor confugit: sed debitor de *jure Communitatis* immunitate gaudet, ut resolvimus supra in isto §. 3. 41. casu. Nec huic vere opinioni obstat text. in dict. leg. unic. vers. Non domi, & in vers. Ubicumque repertus: nam verus sensus illius textus est, quòd Judex tempore Syndicatus habitare non debet in Ecclesiis, & aliis locis sacris, cum in eis cessare debeat omnis strepitus judiciorum, & causa per laicos ibidem agitari non debeat: (u) & ita in leg. dict. unic. in effectu prohibetur, ne causa Syndicatus intra Ecclesiam agatur. Non etiam obstant alia fundamenta pro priori opinione adducta, nam eis satisfieri potest, ex-

(m) Per text. dict. cap. Inter, & similes supr. relatos.

(n) Ita resolvit Panorm. in dict. cap. Inter alia. Cin. in dict. leg. Presenti. Marin. Soc. Tract. de Citat. artic. 18. fol. 22. col. 3. vers. Secundo cas. Greg. Lup. in leg. 3. tit. 11. Part. 1. in gloss. 2. & Remig. ubi supr. fall. 17. & Navar. in Manual. cap. 25. n. 19.

(o) Cap. Si antiquus 17. quæst. 4. & Cassan. in Confectud. Burgund. tit. Des Justices, fol. 54. col. 4.

(p) Decif. 110. col. pen. Remig. fall. 29. & Covar. in dict. cap. 10. n. 13. vers. Decimooctavo.

(q) In Capell. Tolof. 422.

(r) In Manual. cap. 25. n. 21. & Covarr. dict. cap. 20. num. 13.

(s) Et facit text. in cap. Frater, vers. Relinquentem 17. quæst. 4. & firmant Hostiens. Joan. Andr. Anton. Cardin. Panorm. & Henric. in cap. fin. de Immunit. Eccles. & communit. omnes ex Navar. in Manual. cap. 25. n. 21. in fin. & Remig. fall. 12.

(t) In cap. Definitio 17. quæst. 4. Felin. cap. Afferre, n. 3. de Præsumpt. Jall. leg. Si mora, col. 3. ff. Solut. matrim. & plures alios, quos refert Covar. lib. 1. Variar. cap. 2. n. 14.

& Navar. in Manual. cap. 25. n. 22.

(u) Fallent. 26. & Anton. Gom. 3. tom. Variar. cap. 12. num. 7.

(x) Dict. cap. 2. n. 16. & Plaz. de Delict. lib. 1. cap. 37. & Jul. Clar. lib. 5. Recept. §. fin. quæst. 55. circ. princip.

(y) In leg. 1. n. 4. fol. 8. col. 3. ff. Ad Sillan.

(z) Et ita firmat Remig. ubi supr. in quæst. 15.

(a) Cap. Proposuit, de Cens. prob. & firmat Joan. Vilchis Tract. de Immunit. Eccles. col. 6. vers. Fall. 1. & Navar. in Manual. cap. 25. n. 21. in fin.

(b) Tract. de Immunit. Eccles. col. 14. vers. Septimo, citans pro sua opinione Archidiacon. cap. Frater 17. quæst. 4. per text. in cap. fin. de Immunit. Eccles.

(c) Alleg. gloss. & Innocent. in cap. fin. de Immunit.

(d) Decif. 109. n. 3. & Remig. ubi supr. fall. 32. Navar. in Manual. cap. 25. n. 19.

(e) Nec hujus contrarium tenent Archid. gloss. & Innoc. supr. relati à Joann. Vilchis.

(f) Et tradit Didac. Perez in leg. 6. tit. 2. lib. 1. Ordin. gloss. 2.

(g) Juxta text. in leg. Presenti, Cod. de His, qui ad Eccles. confug. cap. Diffinitio 17. quæst. 4. leg. 2. tit. 11. Part. 1. tradunt Hostiens. Anton. Card. & Panorm. in dict. cap. Inter alia, n. 13. Guid. Pap. quæst. 121.

(h) Leg. 1. in princ. col. 3. ff. Ad Sillan. Remig. Tract. de Immunit. Eccles. quæst. 3.

(i) Lib. 2. Variar. cap. 20. n. 17. vers. Trigessimoprimum.

(j) Dict. cap. Diffinitio, per text. in dict. leg. Presenti, sequuntur Guillelm. de Monte Laud. in Clem. 1. de Penit. & remis. quæst. 2. & ibi Anchar. quæst. 2. Card. quæst. 4. & Bonif. conclus. 7.

(k) Ibi receptum à Panorm. dict. cap. Inter alia, n. 28. Felin. cap. Exscripto, de Juris. Sylvestr. in Summ. verb. Immunitas 3. quæst. 5. Ign. alios referente in leg. 1. vers. 13. col. 4. ff. Ad Sillan. & Mainer. leg. Nemo, de Domo, ff. de Reg. jur. n. 30.

(l) Ut in cap. Diffinitio 17. quæst. 4. dict. leg. Presenti, & in leg. 2. tit. 11. Part. 1.

(m) Secundum Joann. Ign. Remig. & Covar. ubi supr. &

communit. omnes ex Jul. Clar. lib. 5. Receptar. §. fin. quæst. 30. n. 21.

(n) In dict. leg. unic. verb. Inferre.

(o) Ut probat in dict. cap. Inter alia in fin. & in cap. Diffinitio, & in cap. Metuentes 17. quæst. 4. & in leg. Presenti, §. Sanè, Cod. de His, qui ad Eccles. confug. & in leg. 3. tit. 11. Part. 1. & nos supr. resolvimus in 45. casu, n. 159.

(p) Ut probatur in leg. Vinum, ff. Si cert. petat. leg. ult. ff. de Trinit.

(q) Secundum gloss. in leg. ult. Cod. de Fer.

(r) Ut firmat Jall. dict. leg. Vinum, col. 4. & in leg. Plebique, limit. 10. ff. de In jus voc.

(s) Juxta text. dict. leg. Si servus, Cod. de His, qui ad Eccles. confug. & in dict. cap. Inter alia.

(t) In Tract. Syndicat. §. Viso, de Mod. procedend. n. 6. & Avil. in cap. Prætorum, cap. 1. in gloss. verb. Dadvras, num. 25.

(u) Juxta textum in cap. Decet, de Immunit. Eccles. lib. 6.

supra resolutis in dict. 47. casu, num. 154.

Quibus casibus supra exceptis non obstat regula generalis text. in dict. cap. Inter alia, a qua solummodo excipiuntur ibi duo casus. Unde videbatur, in reliquis predictam regulam firmam manere: (x) nam responderetur, quod quando aliqua constitutio loquitur in materia juris communi, & aliquos casus excipit, non per hoc firmat regulam in non numeratis, imo suppletur a Jure Communi in casibus in ea non exceptis, secundum Panormitanum. (y)

181. Ex quibus omnibus Judices facillime intelligere poterunt, quando reus ad Ecclesiam confugiens immunitate ejus gaudere debeat, & quando inde extrahi possit: unde quoties casus occurrit, in quo confugiens gaudere non debeat, Judex Secularis impune, cognito prius quod reus gaudere non debet, poterit illum extrahere.

186. Et si Judex Ecclesiasticus suis censuris impedire velit, ab eo appellare poterit ad Judicem Ecclesiasticum Superiorem, 183. protestando el auxilio Real de la fuerza, y ha de embiar luego a la Chancilleria por la Provision Ordinaria, para que por via de fuerza se lleve el proceso original, y bafe de embiar poder a un Procurador de la Chancilleria con una relacion del caso: la qual Provision se da luego, para que se lleve el dicho proceso, y para que el juez Ecclesiastico absuelva los descomulgados, y alce el entredicho, si estuviere puesto, por espacio de sesenta dias. T si en la Chancilleria se remitiere el negocio al juez seglar, declarando haver havido lugar su apelacion del Ecclesiastico, el dicho juez seglar procede contra el delinquente.

184. Et redeundo, unde digressi fuimus, nempe, quando reus fuit deprehensus, & in carcere detentus, vel ab Ecclesia iuste extractus, tunc Judex advertere debet, quod causa incarcerati pia est, secundum Bartolum, (z) ac proinde celeriter erit expedienda. (a)

185. Et quam primum Judex visitabit delinquentem incarceratum, & ejus confessionem recipiet, monebitque prius custodem carceris, ne ante confessionem receptam permittat aliquem cum delinquente loqui, ne eum instruat ad negandum, secundum Gregor. Lupum. (b)

(x) Juxta text. in leg. Hereditarium, §. Sed neque, ff. de Fundo instruito, & in cap. Dominus 32. quall. 7. & in cap. 1. de Confes.

(y) In dict. cap. Inter alia, n. 1. per text. in cap. Ad audientiam, de Cleric. non resid. ubi n. 2. idem firmat: tenent gloss. & Bart. in leg. Seru, ff. de Usucap. & facit text. junct. gloss. in cap. Quoniam frequenter in princ. Ut sit non

EX §. QUARTO.

SUMMARI A.

1 Delinquens incarcerato, Juxta statim coram Tabellione confessionem ejus assumere debet, & in scriptis eam redigi facere.

2 Tabellio solus confessionem delinquentis incarcerati assumere non potest.

3 Capto delinquente, statim ante confessionem querere debet Juxta ab eo, cujus status, conditionisq; sit, & etatem quam habeat.

4 Si delinquens major vigintiquinque annis sit, recipiendum a eo juramentum de veritate dicenda, & interrogaciones, secundum circumstantias negotii facienda.

5 Si delinquens minorem vigintiquinque annis se dixerit, & talis appareat, dandus sibi curator est.

6 Confessio minoris absque curatore, etiam sponte facta, nullius momenti est.

7 Juxta, antequam a delinquente minore confessionem recipiat, praestat ad litem curatorum aliquem ex Procuratoribus Audientia: qui acceptat, & jurat, & fidejussorem praestat coram Tabellione ipsius causa.

8 Juxta recipit a delinquente minore juramentum de veritate dicenda coram suo curatore: quod juramentum praestare tenetur, & ad interrogata respondere.

9 Tam major, quam minor, a quibus juramentum de veritate dicenda iuste petitur, eam proferre tenetur.

10 Resolvuntur plurima, qua obstat videntur contra magis communem opinionem, qua habet, cum, a quo receptum est juramentum de veritate dicenda, debere eam dicere.

11 Qui iniuste interrogatur a Judice de delicto a se commisso, ei verum dicere non tenetur: ceterum si iuste, tenetur se prodere, & veritatem fateri.

12 Juxta interrogatur quis a Judice de delicto, quando de eo semiplena probatio adest, & de ea innotebit interrogato.

13 Delinquens sciens iuste a se inquiri veritatem, eam fateri tenetur, & quae contra eum sunt indicia sibi manifestanda sunt.

14 Tabellio debet legere delinquenti, a quo

confess. & ibi latet Felin. num. 3. & Covar. lib. 2. Variar. cap. 5. num. 6.

(x) Et Cin. quos refert, & sequitur Tirac. in Tract. de Privileg. cause, in praefatione.

(a) Juxta text. in leg. fin. Cod. de Custod. reor. (b) In leg. 6. tit. 29. Part. 7. in gloss. fin.

§. IV. De Confessione delinquentis.

recipitur confessio, unam, quasvè testificationes receptas in summaria informatione, testium nominibus tacitis: ut ex eis delinquens intelligat qualiter delictum probetur.

15 Delinquens iniuste interrogatus, vel quis semiplena de delicto non constat, vel a Judice in competenti interrogatus, aut a legitime recusato, aut ab eo, a quo legitime appellatum extat, poterit declinare versutiam Judicis, alia adhibita fraude.

16 Delinquens, iniuste interrogatus a Judice, non potest simpliciter veritatem negare: licet subterfugio verborum Juidicem fallere possit.

17 Mendacium prolatum ab iniuste interrogato a Judice super delicto, si sine juramento, veniale peccatum, si cum juramento, mortale est.

18 Delinquens, qui confitetur delictum, in carcere redueendus, confessio in scriptis redacta, donec sententia feratur.

19 Confessio in civilibus pro condemnato habetur, in criminalibus autem sententia Judicis declaratoria adest debet.

20 Delinquens ex sola sua confessione condemnatio non est.

21 Clericus ex sola sua confessione, absque alia probatione condemnandus, secundum Bernardum Diaz.

22 Minori consenti delictum cum juramento, curatore presente, an competat in integro restitutio ad verum confessionem.

23 Delinquenti consenti delictum assignandus terminus trium dierum, vel alius major, vel minor ad allegandas suas exceptiones, & eo elapso fertur sententia, & executioni mandatur.

24 Si delinquens neget, intimari debet parti offensa, quod accusationem proponat.

§. QUARTUS.

DE CONFESSIOE DELINQUENTIS.

1. Postquam delinquentis fuerit in carcerem detentus, statim Judex recipere

debet ejus confessionem coram Tabellione, facereque, quod in scriptis a Tabellione confessio redigatur: (a) 2. nec solus Tabellio confessionem delinquentis assumere poterit. (b)

3. Quamobrem Judex illico accedere debet ad carcerem cum Tabellione, & mandabit quod coram se delinquens compareat, interrogabitque eum, cujus status, conditionis, & etatis sit: 4. qui si responderit, se majorem esse vigintiquinque annis, juramentum de veritate dicenda ab eo recipiet, & interrogaciones faciet, secundum circumstantias negotii: 5. si vero delinquens responderit, se minorem esse vigintiquinque annis, & ita ex ejus aspectu apparuerit, (c) tunc Judex ante omnia curatorem ei dabit, quia minor vigintiquinque annis non habet personam legitimam standi in judicio: (d) alioquin, confessio minoris absque curatore facta, esset nulla, etiam si sponte minor eam fecerit: (e) 6. & hanc testantur communem opinionem, & in Regnis Hispaniarum usu receptam, & in praxi observatam plures DD. relati, ac recepti a Julio Claro. (f)

7. Tasi luego el juez le ha de proveer de Curador ad litem. y de ordinario le da por su Curador un Procurador de la Audiencia, el qual luego acepta la curaduria, y hace juramento en forma, de que como bueno, y fiel Curador defenderá la causa de su menor, segun de derecho es obligado, y á alli fiador, de que lo cumplirá, y el Curador, y su fiador se obligan en forma ante el Escribano de la causa; y hecho esto, el juez le dixerne la Curaduria: 8. & tunc Judex coram curatore recipit juramentum a minore de veritate dicenda, quod juramentum minor praestare tenetur, & ad interrogata respondere: (g) pro qua opinione Anton. Gomez eam sequens (b) expendit text. in leg. 4. tit. fin. Part. 6. Et ita observatur, licet contrarium teneant plures relati per Jassonem. (i) 9. Et tam iste minor, quam major interrogatus a Judice tenetur veritatem confiteri: nam cuiuscumque reo juramentum de veritate dicenda de-

(a) Juxta text. in leg. 1. in princ. ff. de Custod. reor. & in leg. 4. & 6. tit. 29. Part. 7.

(b) Secundum gloss. receptam in leg. Subemus, verb. Aliud judicium, Cod. de Liberal. caus. quam notat Rip. in Pract. Crim. §. Postquam, n. 17. Florian. in leg. Prainde, n. 112. ff. Ad leg. Aquil. & Matth. de Afflic. in decis. 182. n. 6.

(c) Juxta text. in leg. Minor vigintiquinque annis ex aspectu, ff. de Minor.

(d) Ut probat text. in leg. Clarum, Cod. de Author. press.

(e) Ut probatur in leg. cum, & minores, Cod. Si adversus rem judic. & notat Bartol. in leg. fin. §. In pupillo, col. 2. ff. de Verb. oblig. & Hypoth. in Pract. Crim. §. Nunc videndum, n. 31. & probat text. in leg. 1. i. tit. 2. Part. 3. & ita

resolvit Anton. Gom. in 3. tom. Variar. cap. 1. n. 64.

(f) Lib. 5. Sententiarum 6. fin. quall. 51. num. 2. & quall. 55. n. 12.

(g) Juxta text. in dict. leg. Clarum, & firmat expressè gloss. in leg. 2. §. Quod observari, Cod. de Juram. calum. verb. Scire possunt, & ibi notant Bartol. Cyn. & Paul. n. 7. idem firmat gloss. magna in leg. 2. Cod. de Edend. & gloss. in cap. 1. de Juram. calum. quarum gloss. opinionem testatur communiter receptam Hyppol. in leg. pen. ff. de Usueff. n. 72. & Rod. Sur. in leg. 4. tit. De las juras, vers. Unum nota lib. 2. For. col. 7.

(i) In 3. tom. Variar. cap. 1. n. 65.

(j) In leg. Ambiguitatis, Cod. de Indict. viduit, toll.